



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

En Damvs Chronicon

Eusebius

Basileae, 1529

VD16 VD16 E 4266

Ervditi Cvivspiam Temporvm Continvatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98136](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98136)

MATTHIAE PALMERII PISANI

C	Anni	Anni	Imperatores Anni	
	mundi.	Pont.	Occidentis.	salutis.
		Ludouicus Sfortia Galeati Marix Mediola-		
		nensiu ducis frater, ad temp: gubernanda acci-		
		tus, Ioanne Philappu ducē in arcē fugauit, Bo-		
		nā Ioannis Philippi matrē ad fines Viagrassæ		
		custodiendā mandauit, Robertū Seuerinatem		
		Mediolano profugum abire cogens ipsius co-		
		pias Constantio Pisauri principi commisit.		
		Baizetus Imperator Turcarū Pisanū oppidū		
		ē manibus Pannonix regis astu eripuit,		
		Bernardus Rilla marinus pirata Venetorū infi-		
		gnis, illis inscijs pleraq; Baizeti Impatoris Tur-		
		carum loca igne ferroq; depopulatus maxima		
		præda deinde abiit: quibus indignatus Baize-		
		tus, existimans id Venetos egisse, agrum Iad-		
		dere depopulatur.		

MATTHIAE PALMERII PISANI
CHRONICON FINIT.

D



*iste Eruditus est
IOANNES MUVALLIS
[lat. Multivallis] TORNA
CENSIS, ut constat ex
Eusebio Hier. et Palmerij
quos Henricus Stepany
edidit A. 1512. in 4.
ubi hoc Ep̄ta legitur.
Ioannes Muvallis tor
nacensis Lectoribus
salutem.*

*Cum Eusebio novum
in principio indicem
adiecero: aequum mihi
visum est, ut inter
hoc opus in officina
dirigendum, quod in
Anno christi 1481
finem suum contraxerat
quicquid a tempore
illo ad diem usque
emissionis eius, me
notia posteritatis dignū
audivissem paucis
tanquam*

*170 2270
tamento prioribus adiungere. ut completū esset hoc chronicon:
et scelerent promptig sanam rerum studiū, consulere histo-
rias, quæ materiam eandem diffusius tractant. Ergo qui hæc
legent boni consulant, et laborib; nostris non detraherent.
Valete.*

ERVDITI CVIVS
PIAM TEMPORVM CON-
TINVATIO.

Anni	Anni	Imperatores Anni	Imperatores Anni	
			Occidentis.	salutis.
6681	11	MARIA ducissa Burgundix, Maximilia-	43	1482
		ni coniunx uenando equo lapsa moritur.		
		Eo tempore fames & febris pestilēs homines ad		
		infantiā adigēs ex uermibus in capite natis famē		
		illa secuta, multos mortales inuasit atq; ademit.		
		Aria prope Morinos à Gallis obsidetur, & tan-		
		dem se dedit.		
		Inter Belgas & Gallos fœdera pacis Attrebatū		
		sunt tractata atque confirmata.		
		Edoardus rex Angliæ moritur.		
	12	Ludouicus huius nominis XI rex Franciæ	44	1483
		diem clausit extremum.		

Carolus

ERVDITI CVIVSPIAM

C	Anni	Anni	Imperatores	Anni
mūdi.	Pont.		Occidentis.	salutis.
	2	Carolus rex Franciæ, Parpigniacum & Rossilionem restituit regi Aragoniæ.	2	1494
		Ordo pœnitentiū mulierum ex mulieribus publice peccatricibus Parisijs cepit, per prædicationem fratris Ioannis Tifferani ordinis minorum inchoatus.		
		Hermolaus Barbarus Venetus patriarcha Aquileiensis, non sine graui bonarum literarum iactura Romæ moritur.		
		Frater Hieronymus Ferrariensis, qui à Florentinis propheta credebatur, aduentum Gallorū in Italiā prædicat.		
		Carolus eius nominis VIII, paulo post exercitum per Italiā ducens Neapolim petit.		
		Angelus Politianus uir eloquentissimus, & linguæ latinæ uindex atq; illustrator, Florentiæ moritur.		
		Et paulo post Ioannes Picus, Mirandulæ Comes, nobilis & admirandus Philosophus Florentiæ iuuenis etiam moritur, frustrata multorū expectatione de multarū bonarū literarum, & maxime circa philosophiā & theologiam restitutione.		
		Circa aduentū Caroli in urbem Romam pars molis Hadriani, quod Castrum sancti Angeli dicitur, collapsa sponte ruit: Romani pro ostento habuere: Ingresso rege Carolo urbem, Alexander ob fidem securitatis dedit ei Cæsarem Cardinalem quem unice diligebat, qui ut uifer & astutus erat, occulte in itinere aufugit à rege rediens ad Pontificem.		
		Item Alexander Zizymi fratrem magni Turcæ dederat regi Carolo, sed prius ut suspicātū est uenenatū toxico, unde traditus Carolo statim moritur: uolebat enim rex eo uti, ut fertur, missis copijs aduersus Turcam.		
		In assensu Caroli regis ad Neapolim Aquilani se & locum suū statim dederunt: illi uero qui in munitione erant sancti Germani resistere uoluerunt, sed continuo oppidum obtentū est, & expugnatum atq; direptum.		
		Hac territus fama rex Alphōsus fugit in Siciliā, relicto regno Neapolitano Ferdinando filio.		

Carolus

pol. lang

CHIR...
En...
...

D

Anni mūdi.	Anni Pont.		Imperatores Anni	
			Occidentis.	salutis.
		Carolus Neapolin adueniens, à ciuibus admit- titur: Hijs successibus accessit Apulia, Cala- bria & Lucania.		
6655	3	Cui parto regno, rebus compositis & legibus positis, in Gallias reditum paranti, Ludouicus Sfortia Mediolanensium dux, & Veneti cum multa armatorum copia impedimentū parant ad Tarum, siue, ut uocant, Fornouitū, ne in Gal- liam transire possēt, quorū frustrati fuere cona- tus, ut potius qui se fore arbitrantur ob recen- tem & multo copiosiore militem uictores uictos credat posteritas. Non multo post Neapolitani à rege Gallia de- fecerunt, Ferdinandumq; in regē susceperunt. Carolus rex in Castro suo Ambosia diem suū claudit, cui successit in regnum Ludouicus huius nominis duodecimus. Rex Ludouicus huius nominis XII, Annam Britannia reginam à Carolo relictam uxorem ducit.	3	1495
		Exercitus apparatus mittit Astam, in qua re- cepto exercitu & accelerante in Alexandria, ce- lerius omniū opinione in potestate Ludouici XII Gallorū regis redactam, Ludouicus Sfor- tia cum thesauro suo in Germaniam ad Maxi- milianum Casarem ocyus contendit.		
	6	Bellum hoc tempore habitū inter Heluetios & Sueuos, in quo quidem bello superatur Sueui in loco qui dicitur Septem ecclesiarum. Fauentia à duce Valentino pro Pōtifice capit. Catharina domina Foroliuij, ab eodem capta Romam adducitur.	4	1498
	7	Galli Mediolanū ingrediuntur, & sexto quo ingressi mense ab eodem loco expelluntur.	5	1499
6700	8	Ludouicus Sfortia dum persequitur hostem, in manus hostium deuenit, & in Gallias omni perdito dominio adducitur, ubi tandem natu- rali fato concessit. Ascanius Cardinalis Ludouici frater, in fuga capitur, & tandem à Venetis regi Gallorum traditur. Alexander Iubileum concedit.	6	1500

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores	Anni Occidentis.	Anni salutis.
		est, ut tyrannus, qui nunc est magnus Turca, aliò confugere compulsus sit. Populus multus, & prociues quamplurimi turbine intercepti interiire.		
		Maximilianus Cæsar Veronam, Patauium, Teruisium, & suorum sociorum quamplurima à Venetis recuperat.		
		Iulius secundus Seruiam, Rauennā, Imolam, Fauentiā, Foroliuū, & reliquas ecclesiæ terras, quas detinebant Veneti, obtinet.		
		Rex etiam Hispaniæ Brundisium, Tarentū, & alia ab eisdem detenta suæ ditionis recuperat loca.		
		Oranum in Africa ab Hispanis capitur.		
		Septem homines syluestres ex ea insula, quæ terra noua dicitur, Rothomagū adducti sunt, cum cimba, uestimentis & armis eorum. Fuliginēi sunt coloris, grossis labris, stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum instar liuidæ uenulæ per maxillas deductæ: Crine nigro & grosso, ut equina iuba: Barba per totam uitam nulla, neque pubes, neque ullus in toto corpore pilus, præter capillos & supercilia: Baltheum gerunt in quo est bursa quædam ad tegenda uerenda: idioma labris formant, religio nulla, cimba eorum corticea, quam homo una manu euehat in humeros: Arma eorum, arcus lati, chordæ ex intestinis aut neruis animalium: Sagittæ canna saxo aut osse piscis acuminatæ: Cibus eorum carnes tostæ: potus, aqua: panis & uini & pecuniarum nullus omnino usus: Nudi incedunt, aut uestiti pellibus animalium, urforum, ceruorum, uitulorum marinorum, & similibus.		
		Regio eorum parallelus septimi climat̄is, plus sub occidente quàm Gallica regio supra occidentem.		
		Apud Bernam Heluetiorum obgannientes in purissimam intemeratæ uirginis conceptionē comburuntur, magna Bernensibus gloria, iniuriarum semper benedictæ uirginis ultoribus.		
	7	Iulius Pōtifex maximus recōciliatur Venetis,	17	1510

7 hōrō B. Kōstōrō

D

& exercitiū

